



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Gorgones. Animæ tres in homine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

GORGONES.

ANIMÆ TRES IN HOMINE. CAP. XLIX.

GORGONES capita, Draconum squamis obfita, dentes maximos Aprorum instar, item manus & alas habere finguntur: eas tres Phorcii filias fuisse tradunt; nomine Euryale, Sthenyo, & Medusa, ex quibus Medusa sola mortalis fuisse perhibetur, reliquæ duæ immortales; idcoq; Medusam Perseus decollavit. Hæ Gorgones animarum hieroglyphicum sunt. Tradit enim Ægyptiorum Theologia, & cum ea Platonica quoque schola, tres in homine animas esse, quarum singulæ apud Hæbræos proprium nomen habent: una enim *Nephes* vocatur, quæ Latine *Vivens* vel *Sentiens*, dici potest: quam cum bestiis communem habemus, & hæc mortalis est, quam Medusa innuit: est enim corpori proxima, eique adglutinata & sensibus, corporisque affectionibus obnoxia, de qua acutiores Theologi intellexisse Christum, cum dixit, *Tristis est anima mea usque ad mortem*; &, *Qui non habuerit vitam suam, perdet eam*: ideoque fixerunt Perseum, qui divinum spiritum in melioremque genium significat, hanc obtruncasse: debent enim, qui altiora contemplari volunt atq; divina, hanc prorsus interimere, ne quid sensus animæ, quæ rationis particeps est, obesse possit. Altera anima *Ruach*, id est, *Spiritus*, nuncupatur, quæ rationis particeps est. Tertia dicitur *Nessamach*, id est, *Lumen*, ut à Pythagora & Davide fuit appellata, quam D. Augustinus *Divinitatis partem*, & Plato *Mentem* vocat. Ideo autem dixerunt has tres sorores homines suo aspectu in saxa convertire: quia quamvis illas in nobis, illarum tamen naturam nemo absolute potest scrutari, nisi Medusa obtruncata, id est, nisi corporæ affectionum impedimento prius fuerit liberatus: imo qui eas intueri voluit, saxis eos similes esse ad alia oportet. Oculus autem, quem sibi invicem hæ tres sorores mutuo dant, significat lumen quod habent extrinsecus, à Deo nobis dari, atq; ab una in alterâ animâ derivari.

Ab Apollodoro lib. 2.
Tres animæ in homine quæ.
Virgilius tamè Enid. l. 6 ad ult. sceleratos eas destruit ad inferos.

VIRGO CAPILLOS HABENS

ERECTOS.

HOMINIS NATURA.

CAP. L.

PLATO dixit, hominem arbori similem esse, verum in hoc ab illa differre, quod illarum idces in terra fixas habet, homo autem in caelo: quod capilli capitis radicem similitudinem quandam habentes indicant. Radix autem vera hominis est anima, quæ caelitus est deorsum, & per quam vivimus, spiramus, & vitales fructus ferimus, ut arbor ex radice vitæ trahit unde in Cantico legimus, *Coma tua junctæ canalibus*; quod de celestibus vis, ex quibus virtus in nos descendit, est intelligendum: nam quæ de capillis & barba in Sacris literis dicuntur, ea omnia ad animam referre stantur. Origenes & Hieronymus. Unde si quis virginem capillos in caelum erectos habentem pinxerit, apte animam vel hominis naturam expresserit.



Non solum ratione capillorum, sed capitis totius, brachia vero ac pedes tamquam ramis Homini cum arboris comparatio.

VIRGO ABSCISSIS CAPILLIS.

IMBECILLITAS ET MORS. CAP. LI.

VIRGO, cui abscissi sint capilli, imbecillitatem virium ingenii, animive, aut etiam mortem significat; quia non modo in Sacris literis videmus Sampsonis robur in capillis fuisse, quibus abscis-

Sed & apud Græcos & Latinos.

Bbbbb 2

sis fa-